IOHANNES ZINK DE HERZOGENBURG. SERMONES. AUGUSTINUS
um 1408/1430 Seite 38r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=499
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



8ta postulat / aboc me mu me do / Unde et hic rogatus sanat / Sequitur
Et accedens scilicet ad egrotam eleua eam / magnitudine febris prostratam / et hoc
apprehensa manu eius / in quo notatur mira saluatoris mansuetudo / et dulcis
benignitas / qua paratus est manum auxiliatricem porrigere indigenti / subditur
Et continuo dimisit eam febris / scilicet tempore quo cani eleuauit / et imperauit
eam febri ut dimitteret eam luc 4o Et ministrabat ei / scilicet xpo et discip — velox curatio febricitantis
ulis / in quo notatur perfecta sanitas et miraculosa / et hoc ad discipulorum
confirmationem / apud quos eos honorando manebat / ut eos redderet animosio
res / licet enim febris virtute nature possit curari / non tamen tanta febris
instantanee / et subito / et tam perfecte / virtute nature curari potest / sed
valde successiue / Naturale enim est febricitantibus incipiente sanitate lassa
scere / et molestiam egritudinis sentire / Sed sanitas ut dicit Beda / que
hic domini confertur impio / simul tota redit tanto robore comitante / ut eis
continuo adiuuauerat / ministrare sufficiat / ex quo patet quod non fuit resti
tuta sanitas ei naturaliter / per naturam / sed miraculose per virtutem diuinam / Mi — de curatione synagoge
stice synagoga de qua xpus surrexit / iudea est / de qua secundum carnem
exiit / domus symonis congregatio est iudeorum / in fine mundi complenda /
Uxor petri ecclesia fidelium petro commissa / socrus vero febricitans synagoga
iudeorum / que magnis febribus tenetur / quia frigore infidelitatis /
et estu invidie laborat / per introitum ergo xpi in domum symonis / et sa
nationem socrus / allegorice significatur reditus fidei ad iudeos in fine mundi /
per demoniacum prius curatum significatur gentilis prius curata / hec est expositio
allegorica // Moraliter autem secundum Bedam / vir ad exemplo liberatus prius — de curatione canalitatis
sit anima ab immunda cogitatione purgatum / consequenter femina a febribus ad im
perium domini curata / carnem ostendit a concupiscentie feruore per continentie precepta fre
natam / Et secundum Magistrum Nicolaum delirat expositione morali marci / sicut per ho
minem in spiritu in mundo intelligebatur homo pollutus carnis vitio / sic
per mulierem febricitantem hic significatur mulier calore luxurie laborans / quia
sicut hec mulier de qua hic / manu apprehensa a xpo sanatur / sic talis fer
uore luxurie febriens eius libertate repressa curatur / ecclesiastes xxvi / In filia
non auertente se / firma custodiam ne inueniat occasione abutatur se / cum enim
libertas vagandi mulieri tollitur / plures occasiones delinquendi cauentur / Secundum — de frebre spirituali
Ieronimum super Marcum febris intemperantiam significat / de qua nos filii syna
goge / per manum discipline / desiderii eleuatione sanamur / et huius qui sanat